

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ornatus i
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Ornatus i:

Decor corporis non sit affectatus sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expeditus, non preciosus et albens adiutus uestimentis sed communibus ut honestati uel necessitati nil desit, nil accedat nitenti.

Ambrosius de officiis libro I.

Fons proximus:

Sed in exteriori cultu consideratur quaedam honestas: dicit enim Ambrosius, in I *de Offic.*:
Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis; simplex, neglectus magis quam expeditus; non preciosus et albens adiutus uestimentis, sed communibus: ut honestati uel necessitati nihil desit, nihil accedat nitenti.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 169.1 (P. Caramello ed., p.732).

Fons primus:

Vt enim artifex in materia commodiore melius operari solet, sic uerecundia in ipso quoque corporis decore plus eminet, ita tamen ut etiam ipse
non sit adfectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quam expeditus, non preciosus et albens adiutus uestimentis sed communibus, ut honestati uel necessitati nihil desit, nihil accedat nitenti.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.19 (CCSL 15, M. Testard ed., p.31, ll.15-20).